Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ocinter im dicimur secundum historiam. Quid eis quomodo
de ipsa historia paulatim ad mistica ascendimur sacram ta
Hiesur dux qui populum educturus fuerat de egipto. hiesur qui
interpretatur saluator moysemor tuo et sepulto in terra moab
in terra arabie hoc est. Lege mos tua. In euangelio cupit inducere
populum suum. et mittit III duos exploratores. unum in circumcisione
alium in gentib: petrum et paulum. hiericho eos quaerit occidere.
Illa eos suscepit meretrix et exectad gentib: congregata. credit in hie su
et quos volebat hiericho interficere ipse saluat in domate suo et ponit
eos in domate in ecclesia fide sua et abscondit eos in lino calamo.
Licet meretrix sit tamen ponit eos in lino. Lino multo labore et diligentia
incandorem uertit. Scitis ipsi quomodo linum de terra nascitur. et cum in terra natum fuerit nigrum est. nullam speciem habet nullum usum. primum ergo
tollitur de terra frangitur deinde torquitur. postea lauatur deinde
tundit ur deinde pectitur et multa cura et labore uix uertit ad candorem
Ergo hoc dicitur quod ista quidem meretrix suscipit exploratores in lino
suo. utilli exploratores lino ipsius uertere in candorem.
Quid igitur dat illis consilii? dicit expectate hic tribus diebus: Erat una die
in duos istos dies. Vide te quid dicat expectate tribus diebus: non nomi
nat tres noctes sed tres dies quia in luminatum habebat eos. et de inde
dicit et post tres dies et quid dicit et nolite inquirere per campestria sed in
montana conscendite. Ecclesia enim fides non est in uallib: sed in montib:
constituta. hiericho ergo postea subuertitur a dihu. et ista solam meretrix
reseruatur incolomis. Ergo hoc dicitur memor ero eorum ab hoc est
quae suscepit exploratores meos et ego in die iudicii memor ero eius.
Memor ero raab, quid interpretatur dicimur secundum historiam dicam et secundum
nominis interpretationem et iuxta anagogen; raab duplicitter interpretatur; aut
interpretatur latitudo aut certe interpretatur superbia. Ergo uide et quid dicat
illa quae quondam ambulabat in lata et spatiosa uia quae ducit ad mortem
Illa quae superba erat et habebat impetum ad ruinam postea conuertitur in humili
tatem; III memor ero raab et babilonis; Babilon interpretatur confusio;
Vide et quid dicat non solum raab memor ero sed etiam et babilonis. quae cum quia mu
ultis peccatis confusa est, et babilonis scientib: me. Vide te quid dicat;
licet aliquis raab fuerit licet babilon fuerit. tamen memor ero eum quia me
scierit.